officij praefati Castren. Premisliensis terminos dilatiores sibi non recipiendo nul
largi, Motiones Appellationes ac earum prosecutionem faciendo ac quinipsa omnia pedir
duplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionem fatalys suis praescriptione Ter.
restri bello Conversionesq ac alys omnibus iuris remedys et defensionibus subter.
fugiendo nec modo quovis evadendo Actis praesentibus personalibus Recognitionibus
ad quinipsa omnia rediacentibus

R. Podolski Nepotibus suis Tutores inscribit

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premisliensibus
Perillustris et Admodum Reverendus Andreas Podolski Canonicus Premisliensis
Praepositus Lancuten. sanus mente et corpore exemptus a Foro Iureq suo quovis pro
prio facto recessu Iurisdictioneq sua quavis competenti posthabita Praesenti vero
Castren. Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Successoribus
ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subyciendo palam libe.
re publice ac per expressum recognovit Quia ipse innovando Tutoriam per se Re.
cognitam infrascriptis Nepotibus suis bonisq ad Successionem eorum devolvendo pro
Iure suo Sanguinis quo obstrictus est erga derelictam prolem Generosi olim Alexan.
dri Podolski Fratris sui germani qui postpositis omnibus ys quae in vita sua
charissima habuit, et post salute sua propria, Coniuge, Liberis, substantia,
possessione et tenuta bonorum Regalium Villae Laszki in Terra et Districtu
Leopolien. sitt ad expeditionem bellicam contra numerosas rebellium Kozako
rum usq confederatorum Tartarorum acies profectus est ibidemq sub vexillo
Cohortis Militum Reipublicae Vicerothmagistri munere functus prima die confli
ctus in pugna Pilawiecen. strenue rei militari navans operam occubuit atq
cruentum sui corporis holocaustum pro salute Patriae suae periclitantis
obtulit. Proli igitur illius et orphanis liberis nempe Nobilibus Francisco

Andreae

Andreae, Jacobo et Michaeli Podolskim cum Gnosa Catherina Orechowska Con-
iuge sua (quae amisso per vadem hostilem marito Grodie tabescens in brevi
tempore post cladem mariti è numero vivorum sublata est) productis ac su-
sceptis Filiis, nepotibus autem suis in Casu mortis sui Regantis pro tenui fa-
cultate sua honestae educationi ipsorum prospiciendo tum et substantiae in
bonis mobilibus et immobilibus summisque quibusvis pecuniariis consistenti quae
post fata Regantis in subsidium ac provisionem eorum comparata relinquetur
(nam quidquid facultatem paternarum et maternarum superest id hostili
depredatio sustulit et depopulata est) providendo matura apud se
deliberatione praehabita Perillustres et Admodum Reverendos Generosos Samuelem
à Malice Malicki Archidiaconum, Albertum Woysowicki Canonicos Prze-
myslienses, Nec non Generosos Petrum Paulum Mnissek Christophorum Kraszyn-
ski Andream et Paulum Mosczynskie fratres suos avunculares Hyacin-
thum Krasowski de Korabka quorum luculentum semper expertus est favoris
et benevolentiae affectum in Tutores fautores provisores ac veros et legi-
timos Curatores eligit constituit ordinat ac praesentibus inscribit. Dans et
concedens supranominatis Tutoribus et Curatoribus Nepotum suorum plenariam
facultatem et omnimodam potestatem dictos Nepotes suos educandi honestis
artium disciplinis imbuendi bonaque sua ad successionem eorum devoluenda
usque ad assecutionem annorum viginti quorum aetatis cuiuslibet Minorum regen-
di, gubernandi, summas pecuniarias tollendi, levandi, percipiendi, de levatis
quoque ac perceptis praevia cautione de revertendis ad ipsos nepotes
summis quietandi Bona quoque mobilia et immobilia videlicet villam Biało-
brzegi vigore Iurium et Inscriptionum in pacifica possessione sui Regantis existentem
post extrema fata sua in administrationem tutoralem recipiendi possessionem
eorum bonorum pacificam continuandi, Mir vt fruendi [illegible]

fructus perceptos in rem et emolumentum educationemque memoratorum pupillo-
rum convertendi, usque ad reemptionem eorundem bonorum et summae totalis
pro qua in vim reemptionis empta sunt integram restitutionem ac bonorum
reemptionem. Quod reemptio bonorum praedictorum illius Bialobrzegi si et
in quantum subsecuta fuerit, extunc tenebuntur memorati Tutores statu
pupillorum minorennitate tutoriaque sua summam capitalem de praedictis bonis
levatam in alia bona terrestria Terrae et Districtus Praemisliensis sive alio[rum]
vicinarum munda, libera, nulloque onere innodata transportare et pari
iure venditionis in vim reemptionis cum possessione bonorum summam principa-
lem praedictis pupillis assecurare. Et alia omnia quae veros et legitimos Tutores
de iure spectant obeundi et perficiendi. Quod si vero maior natu aliquis
ex recensitis nepotibus idoneus fuerit post assecutionem annorum legitimorum
status sui ad regendum aliorum iuniorum fratrum suorum bonorumque eorum
Tutelam vel saltem minus eorum sui inferioris aetate fratris personam in con-
servando bona pupillari solers fuerit, omnique exceptione dilapidationis bono-
rum carebit, extunc ad eiusmodi natu maiorem fratrem ex naturali san-
guinis compagine ius Tutelae spectabit. Non excludendo tamen supra-
scriptos Tutores in scriptis quibus interveniet eiusmodi administrationi bonorum
per maiorem natu fratrem peragendae attendere et in negligentia vel
profusionem illius per amotionem eius a Tutela animadvertere salva nihi-
lominus facultate si id recensiti postulaverint eiusdem Tutelae melioratio-
tione, renovatione et immutatione pleno in robore sibi reservata.

13/X **Feria Secunda ante Festum Sanctae Hedvigis Electae proxima Anno Domini Millesimo Sexcen:**